Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Hensler Heinrich Beselin

Clavis Iuris Iustinianei : Disquisitio ...

III.

[Frankfurt, Oder]: Eichorn, 1615

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757433324

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757433324/phys_0001
DFG

Vr.K.—2 (168.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757433324/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757433324/phys_0004
DFG

CLAVIS IVRIS JVSTINIANEI

DISQVISITIO III.

Quam

Annuente Divino Numine

Ex Conſenſu & Autoritate

Nobiliſsimi ampliſsimiq; Iuriſconſultorum in alma Viadrina ordinis,

PRÆSIDE

JOHANNE HENSLERO

Nobiliſsimis, præſtantiſsimis ſuis Dominis Collegis privatim diſcutiendam proponit

HENRICUS BESELIN

Roſtoch Megap.

Die 22. Decembr. Anno M. DC. XV.

Loco, horiſque ſolitis

Typis JOANNIS EICHORN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757433324/phys_0005
DFG

VIRO CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO DOMINO,

THEODORO BUSSIO, J. V. D.
celeberrimo, & Reverendiſs. ac Illuſtriſs.
Epiſcopi Suerinenſis, &c. Conſiliario digniſs.
affini ac fautori ſuo ſummo.

Ut &
Viris ſpectatiſsimis genere & eruditione præſtantiſsimis Dominis,

HIERONYMO ROSSEN
&
JACOBO Ohm/

Civibus Roſtochienſium primariis, affinibus ſuis colendis,

Hoc legale exercitium lubens meritoq; inſcribit, dicat & offert

HENRICUS BESELIN
Roſtoch. Megapol.
Reſp.

Epimetra Politica.

I.

An tres Reipubl. ſtatus? A.

II.

An inter illos Monarchia per ſe & ſui naturâ nobiliſsima? A

III.

An in electiva Monarchia Ephori Rege majores? D.

IV.

An ubi Gynæcocratia viget etiam ſpurii in regno ſuccede poſſunt? N.

V.

An in ſucceſsiva Monarchia jus primogenituræ utile? A

VI.

Primogenito mortuo, & poſt ſe relicto filio ac fratre, an fi us huic præferendus? A.

VII.

Si ante adeptum regnum patri naſcatur filius, & alius poſt deptum, quis patri ſuccedet? pro priori militamus.

VIII.

An contra religionem illud Ludovici Gall. Reg. ſymbolu: Qui neſcit ſimulare, neſcit imperare? N.

IX.

An juxta Machiav. ſententiam propter regni ſalutem Princ fidem fallere licet? N.

X.

An Rex etiam ex alia quam cui præeſt gente, uxorem ducere poteſt? A.

X I.

An Dominatus â Tyrannide & Monarchia differt? A.

X II.

An Tyrannus interfici poteſt? Sub limit. A.

Diſquiſitio III.

Reſpondente HENRICO BESELIN Roſtoch: Megapol.

Lib. I. Tit. 17. De legitima patronorum tutela.

Sequitur legitima tutela ex interpretatione l.12 tabb. Et tam

vera, ut tutela

patronorum: nam hi libertorum ſuorum impuberum ab inteſtato deceſſorum hæreditatem ex l. 12. tabb. accipientes, in pr. j: de ſucceſ: libert. *per conſequentiam etiam tutores ab interpp: eſſe juſti ſunt.* h.t.n.arg:l.1.ff.de leg. tut.

Tit. 18. De legitima parentum tutela.

parentum: nam & hi ad liberorum ſuorum emancipatorum impuberum bona admittuntur: l. 1. ff. ſi quis à parent: man. ſupr.quib. mod.patr.poteſt.diſſolv.p.17.§.6. *Ergo & tutela onerantur, non ut agnati ex l.12.tabb: verbis, quandoquidem agnatio, quia juris civilis eſt, ſublata emancipatione eſt, ſed ut dictum JCtorum interpretatione.* h.t. n.

Tit: 19. De fiduciaria tutela.

exemplaris, nam patre ſic ſuorum emancipatorum liberorum tutore exiſtente & moriente, interpp. fratres natu majores vocabant, ut eſſent fratris impuberis emancipati tutores: Dicebantur autem fiduciarij tutores, quia fiducia erat fratrem fratris diligentem cuſtodem fore: *quare fratribus non ut prioribus ob hæreditatis jus tutela competebat. Neceſſe tamen erat, ut illi fratres eſſent perfectæ ætatis, id eſt, 25 annorum,* h.t n. *quod, ut ante eum jure ff. quaſi abolitum* Juſtin: ſuâ conſtitutione in l. fin. ff. de leg.tut. *de novo quaſi conſtituit, & in lucem revocavit, præcepitq;, ut illa ætas generaliter in* omnibus tutoribus (*ſcil. legitimis & dativis:* ob §. 2. ſup. qui teſt.tut.) *obſervetur* h.t.n.in fin. *Hodiè ex novis ll. ſublatâ differentia agnatorum & cognatorum* ſup. p. 10. circ.fin. *exoleta capitis diminutione ob emancipationem,* pag.præc.in fin. *& conſtituta pari ſucceſſione ob jus cujusq; cognationis* d.p.10. *& illa parentum, & hæc fiduciaria poteſt dici legitima, tanquam ob conſequentias hereditatum.* vide l. 4.C.de leg. hær.

Tit. 20. De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

Succedit tertia tutelæ ſpecies, quæ dicitur dativa, non modo generali, nam & ſic teſtamentaria eſt dativa: l.fin. C. de leg.tut. *ſed ſpeciali et per eminentiam.* l. 7. ff. rem pup. ſalv.for. *Et hinc tutores dicuntur dativi, vel etiam honorarij, ab honoribus magiſtratuum dantium.* d. l.7.d.l.fin. *Is autem*

1 locū habet ſi nullus omnino tutor eſt: neq;

teſtamētarius, quia eſt

datus vel

ad tempus vel diem certum, aut conditionem, quæ nondum exiſtit. §.1.in pr.h.t.l. 11. ff. de teſtam. tut.

pure quidem, ſed adhuc nemo hæres exiſtit ex teſtamento. l.10.eod. *Quin & ſi impubes eſt hæres inſtitutus,* datur tutor *ut eo autore hæreditatem adeat.* l. 9. ff. de tut. & cur: dat.

obſtaculis hiſce remotis, talis tutor eſſe deſinit. d.§.n. 1.2.

captus ab hoſtibus: nam tum ob poſtliminij fictionem adhuc ſpes eſt teſtamentariæ tutelæ. §.2.h. t. verb. reverſus recuperabat. l. 11. in pr. ff. de teſtam. tut.

*legitimus.*arg. pr: h.t.*ubi tutoris vox genericè & ſimpliciter ponitur: Ergo omnem, præter dativum, de quo hic agitur, notat.*

2 datur

3 datus obligatur

vide pag. ſeq.

Dativus tutor datur *a magiſtratu: ſed jure*

- *Veteri,* non à quovis, *ratione imperij aut juriſdictionis,* ſed eo tantum *cui vel a lege, vel SCto, vel à principe, pro ratione ſublatæ ſubinde Reip: Rom. nominatim conceſſum erat.* l. 6. §. 2. ff. de tut. dat. *Et quidem*
  - *primò ſimpliciter ſine ſatisdatione aut compulſione ad adminiſtrandum, ex lege*
    - *Attilia Romæ à prætore, vel majore parte tribunorum plebis* pr: n. Ulp: in fragm. tit. 11. §. 17.
    - *Julia & Titia in provincijs à præſidibus.* d. pr: n. & §. 17.
  - *Secundo à conſulibus*
  - *Tertiò a prætoribus ex conſtitutionibus Principum* } *cum inquiſitione, & cautione* §. 3. h. t. n.
  - *Quartò ex inquiſitione*
    - *Romæ à* { *præfectis urbi* / *Prætoribus* } *Secundum ſuam juriſdictionē.* §. 4. pr. h. t. *i. e.* juriſdictionis limites ſeu *territoriū* l. 1. in fin. l. 9. ff. de tut. dat.
    - *in provincijs á* { *Præſidibus.* / *magiſtratibus ſed* juſſu (*id eſt* monitione ob l. 8. in pr. ff. de tut. dat. l. 3. eod.) *præſidum, ſi modicæ erant pupillorum facultates* d. §. 4. in fin.
- *novo Juſtinianeo, quo Datur a*
  - *præſidibus vel eorū juſſu á magiſtratibus, ſi in eorum bona quingentos excedant ſolidos.* §. 5. in pr. h. t.
  - *magiſtratibus ſine præſidum juſſu, ſi pupilli bona intra quingentos ſunt ſolidos.* d. §. 5. *Hic probè notandum, quando ſolidorum in jure fit mentio, intelligantur aurei* §. ult: j: de pœn. tem: litig. l. 12. ff. de in jus voc. l. 5. §. 6. ff. de his qui effud. §. 1. j: de oblig. quæ ex q. delict. *Ponitur autem aureus legalis pro ſexta unciæ parte ſeu ungarico, quorum 72 quoad pondus & valorem faciunt libram.* l. 5. C. de ſuſcept. præp. arcul. l. 10. Geil. 2. obſerv. 39. *Aureus Rhenenſis ponderis & valoris eſt minoris. Unde* ſi in obligationibus ſimpliciter fit mentio anreorum Rhenenſium, *intelligendi ij ſunt, de aureis communibus imperialibus in currente & minuta moneta.* Thoming. deciſ. 15. n. 12. *Niſi Epitheton integri aurei, juſtive ponderis adjiciatur.* Moller. in conſtit. Sax. l. 2. c. 29.
  - *Cautionem præſtare cogitur eorum periculo, qui eam accipiunt.* d. §. 5. in fin. *ut ſunt tabelliones & minores magiſtratus.* §. pen: & Ult: j: de ſatisd: tut.
- *noviſſimo & conſuetudinario á cujusq. loci magiſtratu ordinario.* l. ult. §. 5. h. t. *quod confirmatum eſt* conſtitutione Imperij Politica Car. V. Auguſtæ anno 1548. promulgata, tit: *Von den Pupillen vnd minderjärigen.*

pupillis, quos nempe magiſtratus ſub ſuo territorio & juriſdictione habet, ſaltem reſpectu domicilij & originis licet non ratione facultatum & poſſeſſionum arg. l. 21. §. 2. ff. de excuſ. *idem in tellige de tutoribus, quod ſcil: magiſtratus alios dare nequeat, quam quos ſub ſua juriſdictione habet.* t. t. C. qui pet. tut. & t. qui dar: tut: vel cur: poſ.

[Dat]atus tenetur

- *ante adminiſtrationem*
  - *ſatisdare rem pupilli ſalvam fore.* l. 4. §. 1. ff. rem pup: ſalv: for: j: tit: 24.
  - *repertoriū ſeu inventariū rerum pupillariū conficere* l. 7. in pr: ff. de adm: tut. l. fin. C. arbit: tut: d. conſtit. Car. V. §. item *das er nach. niſi teſtatores inventarium fieri vetuerint.* §. 1. d. l. fin.
- *poſt eam ex eo die, quo cognorit ſe tutorem eſſe, de adminiſtratione ſua, hoc eſt de geſtis pariter & neglectis reddere rationem.* l. 5. C. de peric. tut. *& quidem ex*
  - *jure civili poſt pubertatem, hoc eſt, tutelâ qualitercunque mutatâ.* §. fin. h. t. l. 4. ff. de tut: & rat: diſtr.
  - *conſtitutionibus imperij ſingulis annis.* d. antē conſtit. Auguſtæ edita anno 1548. & conſtit: anno 1577. Francofurti promulgata tit. *Von Vohrmundern, & generali totius imperij praxi.*

Hactenus de tutela conſtituenda: conſtituta porrò requirit, tutoris autoritatem; quæ

1 Eſt quaſi tutelæ effectus, Mynſ: & VVeſenb: ad pr: h. *& definiri poteſt expreſſa perceptio & approbatio illorum, quæ à pupillo geruntur.* l. 3. l. 14. ff. h. t.

2. interponitur cum pupillus ipſe gerit negotium: t. t. ff. h. t. (*ſi autem tutor non pupillus gerit, dicitur adminiſtratio*: t. t. ff. de adm. tut) nec *tamen in omnibus cauſis*. pr. h. t. *Nam ea*

non eſt neceſſaria ſtipulando, acquirendo, omnibusq; cauſis, ex quib. melior pupilli conditio fieri poteſt. d. pr: h. t. *Hic tamẽ diſtinguendũ inter pupillos, n alius dicitur*

1. infans l. pen. ff. de man: vind: *ab incunabilis ad annum* 7 per l. 1. §. 2. ff. de admin: tut. l. 18. C. de jur: delib. *qui propter defectum conſenſus* (*ſine quo nulla ex contractu obligatio* l. 1. ff. de pact.) ne quidem cum autoritate tutoris alium ſibi, nec ſe alij obligare poteſt. §. 9. j. de inut. ſtip: l. 1. in pr: l. 70. de V. O. *Hic itaq; ſola adminiſtratione opus. per antè dicta.*

2. *Infantiæ proximus, vel infante major*, qui eſt impubes intra annum 7. & 12. ſi maſ, 7 & 10 ſi fœmina, qui ſtricto jure etiam nec obligare nec obligari poteſt, *utilitatis tamen cauſa receptum eſt, ut meliorem ſuam cõditionem facere, ſicq; alios ſibi, non ſe alÿs obligare poſſit*. d. §. 9. de inut: ſtip. l. 5. de R. J. l. 1. §. 13. d. o. & A. *ſcil. ſine tutore.*

3 *pubertati proximus*, intra annum 12 & 14 ſi maſ, 10 & 12 ſi fœmina, *qui ſine dubio ſine tutoris autoritate meliorem ſuam conditionem reddere, cum autoritate omnes contractus firmiter celebrare poteſt*. l. 13. ff. h. t. *Hic tamen ſi ſine tutoris autoritate contrahit, tum aut factus eſt locupletior, & ex D. pÿ conſtitutione tenetur efficaciter & civiliter* l. 3. §. 4. ff. de neg. geſt. l. 3. in pr. ff. commod: *idem eſt ſi dolum commiſit*: l. 1. §. 15. ff. depoſ: aut *non factus eſt locupletior, & tum* reſpectu tertij naturaliter tantum § 3. j: quib: mod: oblig. tol. l. 2. in fin. ff. de novat. l. 127. de V. O. ſuæ a. ... erſonæ intuitu omnino non obligatur. d. l. 127. l. 59. de O. & A. l. 4. ff. ... e cond: indeb:

eſt neceſſaria in

- *promittẽdo, alienando, obligando: omnibusq; adeo contractibus & quaſi contractibus* d. pr.
- *item hæreditatis aditione: quia*
  1. eſt animi ac ideo plenum judicium requirit, *unde JCti dicunt, eum qui hæreditatem vult adquirere, cauſam & modum ejus adquirendæ debere intelligere, quæ in pupillum non cadunt.* l. 8. 9. ff. de adq: hær:
  2. *adiens defuncti legatarÿs & creditoribus ſe obligat*. §. 5. j: de O. quæ ex q. contr.
- *bonorum poſſeſſione & fideicommiſſi adquiſitione*. d. §. 2. h. t.

3. fieri debet

1. *certè, purè non conditionaliter* l. 8. ff. h. t.
2. Verbis diſertis *& non per epiſtolam aut nuncium*. §. 2. h. t.
3. præſente tutore ac pupillo. *licet is cum quo contrahitur, abſit* l. 9. §. pen. h. t.
4. in ipſo ſtatim negotio non ante (*quid enim probaret, quod non geſtum eſt?* l. 3. ff. h. t.) nec poſt, *nam ratihabitio non ſufficit*. d. l. 5. §. 5.
5. *Spontè non invitè* §. 2. h. t. verb: exiſtimaverit. l. 17. eod.

nequit in rem ipſius tutoris: *unde controverſiâ inter tutorem & pupillum ortâ datur ex jure*

- *Digeſtorum prætorius tutor ob ſolennitatem judiciorum ordinariorum* l. 19 ff. h. t. l. fin: C. de in lit. dand. tut.
- *Inſtitutionum curator, qui lite finitâ deſinit eſſe curator*. §. fin. h. t.
- *Novellarum, ad tutelam accedere prorſus prohibetur, qui obligatus pupillo dicitur, vel ipſum pupillum vel ejus opes obnoxias habet*. Nov: 72. c. 2. Unde multi per hanc Nov: d. §. fin: abrogatum dicunt: *ſed perperam, quia loquitur de caſu ſi ex cauſa ſuper veniente, lis eſt movenda, Nov: a. de tempore tutelæ datæ.*

Lib

Hactenus de tutelæ conſtitutione & effectu, ſequuntur nūc modi eam finientes: qui ſūt vel á parte

- *pupilli tantum, ut eſt pubertas, quæ*
  - *olim indecorâ & obſcœna corporis inſpectione æſtimabatur.* in pr. h.t.
  - *Hodie completur in maſculis anno 14, in fœminis 12.* ſcil: finito d. pr. *Quod ſecus de jure Can: ut dixi* 5: de nuptijs pag. 10: *Et hac liberantur tutores ex jure*
    - *Juſtinianco ab onere ſolum tutelæ, non actione inde promanante, & rationibus reddendis.* l. 1. & 2. C. quand. tut. vel cur. eſ: deſ:
    - *Conſuetudinario ſecus, nam ex eo tutela in curam tranſit, & cum ea continuatur, tutoresque qui fuerunt curatores manent.* Geil. 2. obſ. 96. Eâ tamen conſvetudine non obſtante, circa hoc tempus tutores liberationem petere poſſe notant hoc pr. VVeſenb. & Heig.
- *tutoris tantum & fit vel*
  - *ex ejus perſona, ut eſt*
    - *excuſatio juſta* §. fin: h.t. j. tit. pen.
    - *Remotio ob ſuſpicionem* j: tit. fin.
    - *Hi modi non ipſo jure & per ſe, ſed interpoſitâ ſententiâ tutelam abrumpunt.*
  - *Extrinſecus ut*
    - exiſtentia conditionis, *ad quam tutor teſtamentarius erat datus.* §. 2. in pr: h. t.
    - adventus certi diei, *ad quem idem datus erat* d. §. 2. in fin.
- *utriusq; ſimul, eſt mors*
  - *naturalis tam*
    - *pupilli.* §. 3. h.t. *unde non modo quoad eum ipſum, ſed & quoad ejus bona ſolvitur.* per l. 178. de R.J.
    - *tutoris:* d. §. 3. ita ut munus illud ad ejus hæredes non tranſeat. per l. fin: in pr. & §. 1. ff. de mun. & hon.
  - *civilis, ut eſt capitis diminutio*
    - *maxima tam*
      - *pupilli* §. 1. h.t. *ſubaudi* pubertati proximi, arg. l. 111. de R. J.
      - tutoris. §. 4. h.t.
    - *media*
      - pupilli. d. §. 1.
      - tutoris. d. §. 4.
    - *minima & quidem*
      - *pupilli, ut arrogatio, quæ omnes tutelas tollit.* §. 4. in fin. h. t. *Nam hac pupillus in poteſtatem arrogantis tranſit, & fit filiusfam: Ergo in tutela eſſe nequit* pr. ſup. de tut. pag: 18.
      - *tutoris qua perijt*
        - *olim legitima (ſcil. agnatorum,* ſup. §. fin. de leg. agn. tut. pag. 19. *non patronorum,* Ulp. in fragm: tit. 11. *) tantum.* §. 4. h.t.
        - *Hodiè nulla, quia & agnatis & cognatis tutela defertur.* 5. d. p. 19.

Hactenus de tutela: ſequitur cura, quæ definiri poteſt vis atq; poteſtas in capite libero (id eſt, curatore) *ad agenda ejus negotia, qui per ætatem (quia eſt minor 25. annis) vel propter animi vitium (quia eſt furioſus, vel mente captus vel prodigus) vel corporis impedimentum (quia eſt ſurdus mutus, aut perpetuo morbo laborat) ea commodè gerere non poteſt.* arg. huj univerſ. tit. *Curator eſt, qui illam poteſtatem habet, &*

datur

ob cauſam fragilitatis & imbecillitatis ad bona adminiſtranda: Et quidem

regulariter puberibus (ſecus ac tutor, qui impuberibus datur, ut ſupra pag. 18. *dictum) tam maſculis* quam fœminis *usq; ad 25. annum ætatis* completum. *Quia licet puberes ſint, ejus tamen ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poſſint. Imò etſi poſſint, & etiam benè gerant, tamen adſumere coguntur.* l. 1. in fin. de min. l. 5. ff. §. 5. de admin: tut. *Quod & probatum videtur* conſtitutione politica Aug. lata anno 1548. ſub rubr: *Von Vormundern. ubi dicitur: Das den Pupillen vnd minderjärigen Kindern, jederzeit biß zu jhren Vogtbaren vnd manbaren Jahren Vormunder vnd Vorſteher gegeben werden.*

irregulariter vel

minoribus: nã hi tutores habent vel

non idoneos (ſive ſint legitimi ſive teſtamentarij, ſive dativi, non tamen ſuſpecti) aut ad tempus excuſatos: Et tum datur curator: *Nam alius tutor dari nequit,* quia tutorem habenti, tutor dari nequit §. 5. h. t.

idoneos, ſed vel adverſâ valetudine vel alia neceſſitate adminiſtrationi non ſufficientes, & tum actor tutorum periculo datur §. fin. h. t. l. 24. ff. de adm: tut: *procuratorem enim dare nequeunt, quia a domino tantum conſtituitur.* l. 1. ff. de procur: *tutores autem non ſunt domini.* l. 7. §. 3. ff. pro empt.

majoribus quidem 25. annis. vide pag. ſeq.

ab ijſdem magiſtratibus, a quibus & tutores, non autem teſtamento, *quemadmodum tutores.* §. 1. h. t. *quia quæ in teſtamento ſcripta ſunt, non debent pendere ex aliena voluntate.* l. 32. ff. de hær. inſtit. *At hic penderent.* quia curator invito non datur. §. 2. h. t.

Rebus (principaliter, ſecundariò perſonis, quod ſecus in tutoribus. l. 12. §. 3. ff. de admin. tut.) *& quidem vel omnibus vel certis.* §. 2. h. t. *quod rurſum aliter in tutoribus.* §. 4. 5. qui teſt. tut. dar. poſ. p. 19.

Volentibus puberibus non invitis. d. §. 2. h. t. l. 2. §. 4. ff. qui pet. tut.

Eam præſtat autoritatem, ut ſine ejus conſenſu minor civiliter non obligetur. Dd. com. per l. 3. C. de integ. reſt. min.

liberatur vel ob perſonã

cui datus eſt ut

anno 25 completo. d. §. pr. h. t.

ceſſante vitio vel morbo ob quem datus eſt. arg. §. 3. h. t.

alijs modis quibus tutela in pupillo finitur. pag. præced.

propriam, ob eaſdem cauſas, quæ tutelam in tutore finiunt. pag. præced.

Irregulariter quoq; datur curator majoribus quidem 25. annis ſed tamen laborãtibus vitio vel

animi. §.3.h.t. de cur: ut ſunt

furioſi
mente capti
prodigi

de his notãdũ eſt, quod

1 ſine autoritate omnes (etiam prodigus l. 140. de R.J.) *nihil rectè gerant*, nullâq; ratione obligentur.
2 *agnati ipſis fiant curatores* ipſo jure & ſic legitimi, *quamvis declaratione magiſtratus opus ſit*. l.13. de cur: fur:
3 *licet communior & receptior videatur ſententia*, quod hodiè per magiſtratus decretum prodigis bonis interdicatur, non vero ut olim ipſo jure, contraria tamen veritati & juri magis conſona videatur, *cum ob* l.1. ff. de cur. fur. l.18. ff. qui teſt. fac. poſ. *tum quia plerumq; judicis ſententia poſt omnia bona dilapidata intervenire ſolet: iniquum a. eſſet omnia ante acta, tanquam á diligenti & bono patrefam: geſta, rata haberi: quippe ſubſequens interdictio, non efficit, ſed tantum declarat prodigum. Et hæc digna ſunt quæ altius perpendantur, nam ſi ipſo jure interdicitur, irritum eſt, quicquid geſſit prodigus, quocunq; ſuæ prodigalitatis tempore, ſi per judicis ſententiam, tum ante eam geſta, firma erunt & manebunt.*

corporis. §.4. h.t. ut ſunt
- ſurdi
- muti
- perpetuo, ſeu ſontico, morbo laborantes.

Lib:1. tit. 24. De ſatisdatione tutorum vel curatorum.

Hactenus de tutela & cura ſiugulariter: communia utriusq; ſequuntur, (unde quæ in ſeqq. de tutore dicũtur, etiã de curatore intelligenda, niſi contrarium ſpecialiter ſit additum) quæ vel

ſolã adminiſtrationis poteſtatem detrahunt, ut omiſſio ſatisdationis, quæ

lege eſt inventa neceſſariò, *ne bona eorum, qui in tutela vel cura ſunt conſumantur vel iſtrabantur, ob magnam poteſtatem, quam in illis tutores nanciſcuntur.*
Definiri poteſt tutoris ſolennis promiſſio ſeu ſtipulatio rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore, l.1. & t.t. ff. rem pup. vel adol. datis fidejuſſoribus; in pr. h.t. verb. curet prætor. jũct: l.7. ff. de præt. ſtip. *Si vero tutor cavere nolit, captis pignoribus coërceri poteſt*. §.3. h.t.

3. præſtatur ex jure civili vel

non neceſſario a tutoribus

neceſſario & ordinariè á legitimis per d. pr: n. *quia quamvis lex gradũ agnationis & cognationis approbavit, non tamen mores & qualitates perſonarum.*

datis ex inquiſitione majoris magiſtratus, quia idonei electi ſunt d. pr: in fin. l.8. ff. de cur: fur.

teſtamentarÿs quia eorum fides & diligentia eſt á teſtatore probata. d. pr. l.6 & 8. de conf. tut.

Horũ tamẽ ſi multi (quia non cõducit, plures adminiſtrare. l.3. §.6. de adm: tut:) *tum aut teſtator aut magiſtratus adſignavit adminiſtrationem*

vel ut: non qui non

uni & is reliquis erit potior. §.1. h.t.d. jã l.3. §.1.2. l. pen. C. de tut. vel cur:

1 *reliqui tacent, & unus ſponte ſatis dat, & is ſolus adminiſtrabit.* d. §. 1. l 17. ff. de adm: tut:
2. *alter alterum laceſſit, & laceſſitus ſatisdans alteri præfertur.* d. l.17.
3. *omnes offerunt, & non ſunt excludendi.* l.l.17. circ. fin: pr: & *tum adminiſtratio tutelæ dividenda:* t.t.C. de div: tut. *vel opera danda ut magis idoneus præferatur* l.18. ff. d.t.
4 *omnes ceſſant nemoq; offert, tum unus à majori parte collegarum eſt eligendus: inter quos ſi non convenit, prætor adminiſtrationem diligentius æſtimatâ fide conſtituere elaborabit.* d. §.1. & l.17.

Reliqui nõ deſinunt eſſe tutores, ſed ſunt honorarÿ, id eſt cuſtodes & obſervatores eorum quæ geruntur. Unde ſi adminiſtrans non eſt ſolvendo, periculum ad eos redundat. l.3. §.2. ff. de adm. tut. Neque tamen autoritatem præſtare pupillo poſſunt. l.4. de aut. tut.

4 effectũ habet. pag. ſeq.

Hodierno imperÿ noſtri, quo omnes tutores & curatores indiſtinctè tenentur ſub hypotheca omnium ſuorum bonorũ jurare, ſe bona tutoris vel pupilli fideliter adminiſtraturos, nec quicquam ſine decreto magiſtratus alienaturos. conſtit. pol. Car. V. de anno 1548. Aug. edita tit. *Von der Pupillen vnd minderjärigen* tutorn, & Rudolphi II. Francof: edita de anno 1577 tit. 32.

tutorẽ & curatorẽ in totum removẽt ut

excuſatio tit: ſeq: pag. 27

crimen ſuſpecti tit. fin. pag. 29.

Satiſdatio effectum habet hunc, ut pupillo ex adminiſtratione ſint obligati ex §. 2. h. t.

1 *tutores cum hæredibus, in tãtum, ut ſi plures ſint adverſus unumquemq; agatur in ſolidũ niſi ab initio tutela ſit diviſa, nam tum alter de alterius facto nõ tenetur.* l. 2. C. de divid: tut. *conventi tamen habent beneficium*
- 1 *ordinis ſeu excuſſionis, ut primo exeutiatur principalis, nempe adminiſtrans.* l. fin. C. ſi tut. vel cur. non geſſ.
- 2 *diviſionis, quando vel omnes ſimul adminiſtrarunt, vel is qui adminiſtravit, non eſt ſolvendo.* l. fin. C. de div: tut.
- 3. *Ceſſionis actionum, quas inſolidum conventus à pupillo contra tutores ſuos petit.* Vide de his l. 1. §. 10 & ſeqq. ff. de tut. & rat. diſtrah.

2. *qui pro tutore geſſit.*

3. *Fidejuſſores, qui omnes in ſolidum tenentur,* l. fin. ff. rem pup. Salv. for. *ſed ijs dantur prædicta etiam beneficia.*

4. *Magiſtratus in ſubſidium, ſi prædicti omnes non ſint ſolvendo, nullaq; bona tutoris vel curatoris in fraudem minoris ſint alienata, aut quæ alienata revocata, non tamen ſufficientia.* l. 1. C. de mag. conv. *Unde & actio dicitur ſubſidiaria, quæ*
- *datur in magiſtratus*
  - *minores quorum erat vel tantum cautiones exigere, vel ſimul dare & exigere.* l. 53 ff. de adm: tut *ſi aut plane nõ ſatisdare curarunt, aut eorũ culpa non idoneè ſit cautum.* l. fin. ff. de mag. coven.
  - *majores, qui jusdandi habent,* 5 de Attil. tut. *minimè.* §. fin. h. t.
- *Hodie à plerisque* pro non uſitata habetur: *quia magiſtratus qui dat etiam exigit. Sed quod illa ratio non ſit ſufficiens* patet ex antè alleg. l. 13. *Verius igitur eſt eam etiamnum durare & dari poſſe adverſus quoſvis magiſtratus tutores dantes, & pupillis non idoneè proſpicientes: quia ejus ratio (quod ſcil: Reip: interſit rem pupilli ſalvam fore) etiamnum durat.*

5 *Hæredes magiſtratus, ſi hic dolo vel lata culpa, idoneè caveri non curavit.* l. 2. C. d. t.

Lib. 1. tit. 25. De excuſationibus tutorum vel curatorum

Secundum tutelæ & curæ commune eſt excuſatio: quæ

1 *ideo eſt neceſſaria, quia tutelæ & curæ* munus eſt publicum l. 9. ff. de his qui ſunt ſui vel al. l. 1. §. fin. l. ult. §. 1. ff. de mun: *ideoq; ad id gerendum invitus quis poteſt cogi, niſi excuſationem prætendat.* l. 1. ff. de adm. tut.

2 definiri poteſt, *juſta immunitatis à tutela vel cura allegatio, ex privilegio vel alia cauſa competens.* arg. h. t. n. & tit. ff. eod.

3. *prætendi poteſt ab omnibus omnis generis tutoribus*, etiam legitimis. l. 2. §. 5. ff. h. t. l. 2. §. 8. ff. de leg. tut. l. 1. & 4. C. eod. Nov. 118. c. 5.

4 *fit ob cauſas*: de quibus pag. ſeq.

5 *formã habet ut fiat*
- 1. *non appellando ſtatim, ut olim ex jure veteri.* l. 7. §. 1. ff. de appel: l. 20. ff. de adm: & per: tut. ſed excuſationis cauſam apud competentem judicem nudè nominando & proponendo l. 1. §. 1. ff. quand. appel. l. 13. ff. h. t. l. 18. C. eod. *Si tamen juſta excuſatio abjudicetur, tum ab illo onere appellatio eſt licita.* l. 3. & 6. C. h. t.
- 2 *intra certum tempus*
  - *excuſationis conteſtandæ, quod continet 50 dies continuos* à momento cognitionis numerandos, *Si tutor vel in urbe, vel intra 100 lapides, id eſt, 100 milliaria habitet, ab eo loco ubi datus eſt. Si vero ultra 100 milliaria ab eo loco abeſt, tot dies habet, quot neceſſarij fuerint, ad iter illud conficiendum, dummodo 20 millaria (ſcil: legalia ſeu italica, quorum unum eſt mille paſſuum ſpatium) uno die conficiat: ac præterea, ſi in urbem venit, 30 dies. Quod ſi tamen illi dies omnes computati 50 non conſtituant, tot ſunt addendi ut compleantur, quia alias intra 100 milliaria habitantium melior futura eſſet conditio.* §. 16. h. t. l. 13. §. 1. ff. eod.
  - *cauſæ & negotij peragendi, id eſt, diſceptandi & finiendi: jus præfiniti ſunt 4 menſes* l. 38. ff. h. t.
- 3 *ab univerſa tutela, quia tutor regulariter* ad univerſũ patrimoniũ *datus creditur.* §. 17. h. t.

Excuſatio fit ob cauſas, non quasvis & cujusvis in cerebro frivolè efficta, ſed jure fundatas & numeratas easq; veras (falſæ enim non proſunt §.fin. h.t.) quæ ſunt vel

- communes omnibus tutelis & curis, & contingunt, vel ob
  - officium & munus publicum, ut eſt
    1. Procuratio fiſci: hujus enim res quàdiu quis adminiſtrat, immunis eſt. §.1.h.t.
    2. legatio & abſentia Reipub. cauſa, quæ tamen eſt vel
       - difficilis & diuturnior, & omnino liberat. l.9. in pr. ff. de tut. & rat. diſtr:
       - minus difficilis & brevior, quæ excuſat quamdiu durat: reverſus enim tutor ſtatim onus ſuum reaſſumere cogitur: à novo tamen ſuſcipiendo, anni habet vacationem. §. 2.h.t.
    3. poteſtas ſeu magiſtratus publicus: ubi tamē diſtinguēdū inter magiſtratū
       - populi Romani-
         - majorem, qui ne volens quidem ad tutelam admittitur, quare nec excuſatione habet opus. l. 4. ff. de tut. dat.
         - minorem, qui á ſuſcipienda non ſuſcepta ſe poteſt excuſare. §.3. h. t.
       - civitatum municipalium, qui dari quidem poteſt, vacationem tamen & excuſationem habet. l. pen. ff. qui pet. tut. l. 19. ff. de tut. dat l.6.§.16.ff.h. t.
    4. Militia, nam miles ne volens quidem ad tutelam admittitur. §.14.h,t. quamdiu ſcil: in expeditione eſt, veteranus enim dari poteſt, ſed ſe excuſat. l. fin. C. de excuſ. veter.
    5. profeſſio dummodo profitentes ſunt
       - recepti in numerum, quem quælibet civitas habebat certum pro modo magnitudinis. l.6.§.2.ff.h.t.
       - vel in
         - patria. §.15.h.t.
         - Scholis privilegiatis Conſtantinopolitana & Romana quarum in locum Academiæ noſtræ decreto ordinis probatæ acceſſerunt. l. 6. §.2. & 3. ubi Cujac. ff. h.t. quare dicendum videtur, profeſſores noſtros vacationem habere, non autem indiſtinctè omnes Doctores, ut multi autumant.
    6. geſtio tutelarum trium, non leviu[m] ſed oneratarū, nec affectatarū. §.5.h.t.
  - beneficium & privilegium, ut eſt polypædia ſeu multitudo liberorum: nam ſi quis habet Romæ tres, in Italia quatuor, in provinciis quinq; , ſive ſint filii ſive filiæ, ſive in poteſtate, ſive emancipati, modò ſint legitimi, item vivi & ſuperſtites, non vero naturales aut adoptivi, aut capti, aut mortui, excuſationem habet. in pr.h.t.l.2.§.3.&ſeqq.ff. eod.l.2.§.5.ff. de vacat. & excuſ. mun. illud hic prorſus ſpeciale eſt, quod in acie amiſſi proſint, quia ob gloriam vivere præſumuntur in fin. d. pr. n. item quod omnes ex liberis defunctis nepotes & neptes eos repræſentent. d.l.2.§.7.ff. h. t.
- propriæ pag. ſeq.
- cauſam privatā ut eſt
  1. lis: quæ tamen ſi
     - major & de principaliori patrimonii parte, tum tutor excuſatur, aut ſe non excuſans removetur. l. 20. ff. h. t.
     - minor &
       - olim non excuſabat §. 4. h.
       - Hodie ex jure Novel. ullo modo debitor aut creditor pupilli exiſtens à tutela arcetur. ſup. pag. 23. in fin.
  2. Paupertas, quando eà ita quis premitur, ut oneri ferendo idoneus eſſe nequeat. §.6 .h.t. Quod judicis arbitrio definiendum eſſe puto.
  3. adverſa valetudo, quæ tamen vel mentem adimit, vel perpetuo corpus afficere ſolet, ut furor, ſurditas, cæcitas, morbus ſontiæus &c: & accidit vel
     - ante tutelā ſuſceptam, & excuſatione nō eſt op9. l.1.§.2.3.ff: de tut.
     - poſt eam, & tum ipſo jure quis tutor eſt, ſed ſe excuſat. §. 7. h. t.
  4. Imperita literarum §. 8. h.t. & negotiorum ſimul. l. 6.§. fin. ff. h. t,
  5. inimicitia capitalis inter pupilli patrē & tutorē non reconciliata. §. 11. h. t.
  6. controverſia ſtatus (i.e. petitio in ſervitutē) à patre pupilli tutori mota. §.12.h.t.
  7. ætas ingraveſcens, quæ 70 annis circumſcribitur. §.13.h.t. vel minor, quæ annis 25 terminatur. d. §. 13.

- *propriæ ſunt vel*
  - *tutelæ teſtamentariæ, ut datio*
    - *propter inimicitiam*
      - *graviorem & non reconciliatam, ſive teſtamento antiquior ſive poſterior ſit, modò tutelæ geſtio non ſit antè pupillorum patri promiſſa.* §.9.h.t.
      - *reconciliatam aut minorem & leviorem, quæ per dationem tutelarem præſumitur abolita.* l.6.§.17.ff.h.t.
    - *ignoti de fama & facie, non vero facie tantum, talis enim ignotus, ſi ibi, ubi datus eſt, domicilium habet, non excuſatur.* §.10.h.t.
    - *tutela geſta & finita.* §.18.h.t. *Hodiè hæc cauſa quomodo obtineat, dixi ſuprà* ad tit. quib: mod: tut: fin. p.24.
  - *curæ, ut eſt poteſtas maritalis in conjugem: nam vir ſuæ conjugis curator de jure*
    - *Civili* prorſus dari nequit, l.14.ff.de cur. fur. *ſcil. in bonis conjugis receptitiis (id eſt ſibi reſervatis)* l. 9. §. 3. ff. de jur: dot. *non dotalibus, quia eorum ſit dominus*: in pr: j: quib: alien. lic. *nec paraphernalibus, quia eorum habet adminiſtrationem.* l. ult. in fin. C. de pact: conv: l.30. C. d[e] jur. dot.
    - *Conſuetudinario totius Germaniæ, quo & uxor eſt ferè in tutel[a] arbitrio viri, ſicut adoleſcens in poteſtate curatoris, & bona r[ece]ptitia cum paraphernalibus confunduntur.* Vide Geil. 2. obſ. 82.

Lib. 1. tit. 26. De ſuſpectis tutoribus vel cura[to]ribus.

- *Tertiũ tutelæ & curæ commune eſt accuſatio ſuſpecti: in qua conſideranda ſunt*
  - *1 Origo, quæ eſt ex l.12. tabb:* in pr.h.t. *Lex a.eam non atten[...] ſati[...]atione* neceſſariò *introduxit, quia ſatius eſt in principio removendo perſonam ſuſpectam [re]s pupi[lli] ſalvas præſtare, quam poſtea in perſonam agere, & eas deperditas actionibus repetere.* arg. l. fin. C. in quib. cauſ: reſtit. in integ. l.1. C. quand: lic. unic.
  - *2 quis ſit ſuſpectus nempe qui non ex bona ſide tutelam gerit.* §.5. h, t. *quod cognoſcitur ex*
    - *moribus & conſuetudine fraudulẽter graſſandi in bonis pupilli, unde fit ut quis*
      - *1 antequam* quis ſuſcipiat gerere, removeri ut ſuſpectus poſſit. §. fin. h. t.
      - *2 ſatis offerens* [t]*amen removeatur, quia ſatisdatio animum malevolum non* [mu]*tat, ſed diutius graſſandi facultatem præbet.* d.§. fin. h.t.
      - *3 ob paupertatem non removeatur ut ſuſpectus:* §. fin. h. t. *quamvis ſi ob eam ſatisdare non poſſit, repelli queat, citra tamen omnem infamiam.* l. 2. C. de tut. qui ſatis non ded.
    - *denegatione alimentorũ quando videlicet quis*
      - *latitat, cum alimenta pupillo á judice decernenda pro modo facultatum, ut eum non inſtruat* §. 9. h. t. t. t. ff. & c. ub: pup. educ: vel mor.
      - *præſens quidem eſt, per mendacium tamen negat, alimenta ob inopiam pupillo decerni poſſe.* §. 10. h. t.
    - *vel redemptione tutelæ.* d. §. 10. in fin.
  - *3 perſonæ.* vide pag. ſeq.
  - 4. *Effectus.* vide pag. ſeq.
  - *5 quod cognitio ſuſpecti etiam ſuſcepta finiatur per mortem vel alios modos* (de quibus ſuprà pag. 24.) *tutelâ finitâ*, nec ad hæredes tranſeat, *quia ſic finis judicij ceſſat, quod ideò intendebatur, ut ille ſuſpectus removeretur. At ſic remotus eſt. Nequè inde pupillus damno afficitur, quia ſua quod intereſt, tutelæ actione conſequitur.* §. 8. h.t.

- *perſonæ*
  - *de crimine cognoſcentes ſunt*
    - *ex jure veteri,* nõ omnes magiſtratus, *ſed quibus lex ſpecialiter conceſſit* l. 1. §. 3. ff. h. t. *ut*
      - *Romæ prætori.* §. 1. h. t.
      - *in provinciÿs*
        - *præſidibus.* d. §. 1.
        - legato proconſulis. *Nam huic mandari potuiſſe illam cognitionem aperte probant* l. 4. ff. de offic. ej. cui mand. eſt juriſd. l. 1. §. 4. ff. h. t.
    - *Conſuetudinario, ordinarius cujusq; loci magiſtratus, qui tamen & aliÿ mandare poteſt.* Heig. ad pr: h. t.
  - *quæ reæ ejus criminis poſtulari poſſunt: Sunt* omnes docente §. 2. h. t. (*id eſt omnis generis, non quilibet, ſive boni ſive mali ſint: intelliguntur enim genera ſingulorum tutorum, non ſingula generum, ut Dd: loquuntur*) tutores, *ſive ſint*
    - *teſtamentariÿ.*
    - legitimi: *dummodo horũ famæ parcatur, nempe vel*
      - *loco actionis doli in factum actionem movendo.* l. 11. ff. de obſeq. par. & patr: præſt.
      - *Curatorem ei adjungendo.* l. 9. ff. h. t.
    - *dativi.*
  - *quæ ſuſpectos poſtulare*
    - *poſſunt quales ſunt*
      - 1 *maſculi quicunq;, qui legitimam perſonam ſtandi in judicio habent:* quia quaſi publica hæc eſt accuſatio. § 3. h. t. in pr.
      - 2 Fœminæ, *quæ pietate neceſſitudinis ductæ ad hoc procedunt, ut mater, nutrix, avia, ſoror: imò & quævis, quæ ſexus verecundiam non egrediens pietate ad id producitur.* d. §. 3. in fin. l. 1. §. 7. eod.
      - 3 *puberes ex conſilio ſuorum neceſſariorum.* §. 4. h. t.
      - 4 *tutor contutorem.* l. 3. ff. h. t.
      - 5 *Magiſtratus, qui ex officio inquirit, ut facilius tam perfidioſum crimen ex hominum evellatur ſocietate. id quod hodie leviori fiet modo, poſtquam ſingulis annis tutores rationes reddere juſſi ſunt.* ſup. pag. 22. in fin.
    - *nequeunt impuberes propter infirmitatem judiciÿ.* §. 4. h. t.
- *criminis ſuſpecti effectus tum*
  - *accuſationis eſt, ut interea* adminiſtratio donec cognoſcatur, interdicatur, *vel potius ſuſpendatur, ne irritatus multòminus ex fide quam antè adminiſtret.* §. 7. h. t. l. 7. C. eod.
  - *remotionis qui eſt vel*
    - *ordinarius: qui, ſi quis eſt accuſatus ob*
      - *dolum, eſt infamia.* §. 6. h. t. *Non enim opus eſt, ut quidã ſtatuunt,* ut cauſa remotionis in ſententia exprimatur, *quia ea prolata præſumitur ex cauſa expreſſa in petitione, ejusq; verba ita ſunt explicanda, ut vel relationem habeant ad petitionem.* l. 18. ff com. div.
      - *culpam vel*
        - *latam, eſt etiam* inſpecta juris veritate infamia. l. 7. §. 1. ff. h. t. l. fin. ff. ubi pup. educ. l. fin. ff. de adm. tut. *Quam tamen pœnam praxis ex æquitate non obſervat.* Gylm. h. §.
        - *levem, eſt remotio ſine infamia.* d. §. 6. h. t.
        - *leviſſimam, ob quam nemo removetur,* quia ad eam non tenetur. l. 4. & 7. C. arbitr. tut.
      - *quid infamia, dolus, culpa et quotuplex* Vide pag. ſeq.
      - *utramq;,* & tum intelligitur ſemper ob culpam remotus, *niſi contrarium exprimatur ob regulam quæ dicit, quod pœnæ ſint molliendæ, non exaſperandæ & augendæ.* l. pœn. ff. de pœn.
    - *extraordinarius: quando nempe tutor ad præſidem urbi puniendus remittitur ſi*
      - *de inopia pupilli mentitus eſt* d. §. 10. h. t.
      - *datâ pecuniâ officium tutelæ redemit.* d. §.
      - *libertus fraudulenter tutelam liberorum patroni gerit.* §. 11. h. t.

Cum infamiæ, ut & doli ac culpæ ſæpè infra mentio fiat: imò poſtrema duo contractuũ (de quibus j:á tit.14.lib.3) communia ſint adminicula: operæ pretiũ erit, occaſione pag. præced. dictorũ ad calcem hujus libri primi notare

1 de infamia, quod

ſit nota, quâ læditur noſtra exiſtimatio, *quæ eſt dignitatis illæſæ ſtatus.* l.5. §.1. ff. de extr. cogn:

dividatur in infamiam

juris, quæ ſola legis autoritate exturpi cauſa infligitur: contingitq; nocẽti *vel*
- *ipſo jure* per ſolum delictum: vide l.1.in fin. ff. de hís qui not: infam.
- *condemnatione judicis delictum ſecutâ.* d.l.1. in pr. l.2.eod.

facti, *quæ ex rei indignitate ſecundum bonorum virorum cenſuram eſt: ſeu quæ opinionem alicujus apud bonos & boneſtos viros gravat.* l. 20.ff.d. t. l. 13 C. eod.

Canonicam, quam canoniſtæ dicunt oriri ex quolibet peccato mortali. c.infames 6.q.1.

2 de dolo quod alius ſit

bonus, *qui pro ſolertia ponitur, & ſub ſe* ſtratagemata bellica continet.l.1, §. 3. ff. de dol.2.Cor. 12. v. 16.

malus qui
- *eſt*, cum aliud ſimulatur & aliud agitur alterius decipiendi cauſa. d. l. 1.§.2.
- *habet oppoſitam bonam fidem.* l.3.§.3.ff. pro ſoc.
- *intelligitur plerunq;, quando doli ſimpliciter ſit mentio, niſi ſubjecta materia aliud ſvadeat.* Dd.comm.ad d.t: de dol.
- *continet plerumque in ſe culpam latam.* l.5.§.15. ff.ut in poſſ. leg. l. 8. §. 3. ff. de precar. *niſi hæc ab eo ſeparetur* l.8.§.fin.ff.mand.l.2.§.5.ff. de hæred. vel act. vend.

3 de culpa quod ſumatur

generaliter, & ſignificat non modo negligentiam, imperitiam & imprudentiam, ſed & omnem dolum, *fraudem ac malitiam.* arg. l.91.de V. S.

ſpecialiter Et

1 definitur negligentia, imperitia, imprudentia, *quam quis committit* in rebus alienis, l. 18, in pr: ff ſolut: matr: *nempe omittendo quod fieri debuit, faciendo quod fieri non debuit.* l.121.de R.J.l.31.ad l. Aquil.

2 oppoſitam habet diligentiam, voce genericè ſumptâ.

3. Ex gradibus diligẽtiæ diſtinguitur in tres gradus l.47.§.5 de leg. 1. *Et dicitur*

primo culpa lata, craſſa, magna & ſupina, quæ
- *eſt, quando quis omittit vel non intelligit id quod omnes faciunt vel intelligunt.* l:213. §. fin: l.223.de V. S.
- *oppoſitam habet diligentiam minimam.*
- *ex juris interpretatione dolus præſumitur: unde dicitur, quod dolo æqui paretur:* l.1.§. 1.ff.ſi menſ.falſ. mod. dix: l. 1.§.2.ff.ſi is qui teſt. lib. *imò & eodem planè ſenſu, quod dolus ſit* l.32.ff.depoſ.l.226 de V. S. in
  - *1. contractibus.* l.1.§. 5. ff. de O.& A.
  - *2 quaſi delictis.* l.15.§. 1. ff. de judic.
  - *3 pænis pecuniariys* l.1.§.2. ff. ſi is qui teſt.
  - 4 pænis infamiam irrogantibus.per §.6.ſup.de ſuſp.tut. p.30.& arg.l.11. §. fin: ff. de his qui not. infam.
  - 5 *in* pænis corporalibus *ſecus eſt.* l.7.ff. ad l.Corn: de Sic: l.1.l.3.de ſerv.corr:

Secundus eſt culpa levis. vide pag. ſeq.

Tertius eſt culpa leviſſima. Vide pag.ſeq.

Culpa levis
- 1 eſt quando quis non adhibet eam diligentiam, quam alÿ diligentes patresfam: in rebus ſuis ſecundum communem hominum naturam adhibent: licet idem in ſuis rebus eâdem negligentiâ utatur. l.25.§.16.ff.fam: hær.l.22.§.3.ff.ad SC: Tribell.
- 2. oppoſitam habet diligentiam exactam ſeu mediocrem §.fin.j.quib.mod: re contr.
- 3 vocatur etiam in ſpecie deſidia ac negligentia.l. 27. ff.pro ſoc.§.3.j.quib.mod. re contr. oblig. imperitia,l. 132.de R. J. infirmitas. §.8. j. de leg. Aquil.
- 4 intelligitur regulariter, ſi culpæ ſimpliciter & ſine ulla adjectione ſit mentio. l.5.§.2.ff.commod. niſi diſſvadeat aut
  - ſubjecta materia. l.9. §.5. ff. commod.
  - oppoſitio inter culpam & caſum fortuitum l. 11. & 32. ff. de neg.geſt.

Culpa leviſſima
- 1 Eſt, quando quis non adhibet eam diligentiam, quam diligentiſſimus ac prudentiſſimus paterf: ſupra communem hominum naturam ſuis rebus præſtat. §.1.j.de oblig.quæ ex q. delict.
- 2 Oppoſitam habet diligentiam exactiſſimam. l.1.§.4.de O.& A.quum tamen etiam ſimpliciter diligentiam, item diligentiam ac cuſtodiam, item cuſtodiam ſimpliciter, item cuſtodiam plenam ac diligentem in ll.noſtris quandoque dici ſciendum eſt. l.5.§.2.5,6. & fin. ff. commod.l.1.§.ſæpè 35.ff.depoſ.
- 3 Affinis eſt caſui fortuito, qui
  - 1. eſt caſus improviſus, qui humano conſilio prævideri non poteſt, vel prævideri quidem non tamen impediri l. 1. §. 4. de O. & A. l.2. §. 7. de admin. rer. ad civ.
  - 2 opponitur cuivis caſui, præter illum alÿ.d.l.1.§.4.

FINIS LIBRI PRIMI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757433324/phys_0021
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757433324/phys_0023
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757433324/phys_0024
DFG

14

CLA[illegible]S
IVRIS JVS[illegible]IANEI
DISQVIS[illegible] III.

Qu[illegible]

Annuente D[illegible]ne

Ex Conſenſu [illegible]*ate*

Nobiliſsimi ampliſsim[illegible]*onſultorum in alma Viad*[illegible]*is,*

PR[illegible]

JOHANNE [illegible]SLERO

Nobiliſsimis, præſtantiſ[illegible] *Dominis Collegis privatim diſcu*[illegible]*nit*

HENRICU[illegible]SELIN

Roſtoc[illegible] C. XV.

Die 22. Decembr. [illegible]

Loco, h[illegible]

Typis JOANN[illegible]HORN.

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 309
Patch Reference numbers on UTT
UB Rostock 0514000
the scale towards document
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757433324/phys_0025
DFG